



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDXCII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

negotium illius curæ commisit, & nuncium è Societate abeundi vultu nil mutato accepit, ac respondit; se certè, vellent illi nollentue, inuitis etiam illis, in Societate mansurum, quoniam id à Dei Matre sperabat. Compos bonaæ spei factus est illicò. Nam breui illum moribus, & hunc mors exceptit; adeoque ille in Societate permanxit. *Fili MARIÆ dicuntur contritio, & emendatio in Relationibus S. Brigittæ lib. 6. c. 20.*

*Curam
vocationis
B. Virginis
commis-
tere.
anuæ
Hispat.*

ANNO MDXCII.

328 Non tenuenda tantum nobis, verùm alijs etiam suadenda est Sabbati veneratio, atque in penso MARIANO constantia: id quod è Collegio Romano ad missiones varias profecti nostri experti sunt, ut eius anni litteræ sic habent: Tres dæmones dum pellerentur, cum querimonia fatebantur inuiti, se præter vim exorcitantum, obseruantia obsessæ fæminæ in Dei Matrem expelli: Deipara, inquiunt, interdixerat, ne suo die, hoc est die Sabbati, aut vim, aut tantam vexationem adhiberemus, vt illa percurrere coronam precatorium non posset: contra verò si vel semel suâ sponte, aut alijs temptationibus, exceptâ vi, intermisisset, licet nobis eam statim, vel in proximum fluvium, vel ab his altissimis rupibus dare præcipitem. Nunquam intermisit: & nos nihil lucrati, in summa spe, retamen infectâ deturbamur. Sed hæc ipsa in eius cultu constantia per illam à Deo peti debet. Vnde S. Bonaventura: *Exaudi, Domina, orationem meam: super firmam petram stabilias mentem meam. Esto mihi auris fortitudinis, à facie crudelis vastatoris.*

Sabbat.

*Vide In-
vit. n. 75.*

Pf. 63.

329 Hoc anno P. Ioannes Vnchalius edidit Cracoviæ *Meditationes de B. Virgine.*

AA 2

P. Hie.

*Obiit
1591.
2. Febr.
Vid. Incis
n. 75.
3 p. ser. 4.*

*Obiit Xi-
m. bare
1591.
Interpre-
tari li-
bros de
B. V.
Rosario
B. V. se
pro mor-
te muni-
re.
pax. 6.
contempl.
7.*

*Dubia
sua cum
illa con-
ferre.*

*ser. 2. de
Afo. B. V.*

330 P. Hieronymum Ruiz de Portillo , humi-
litate ac orandi studio singularem Deiparæ clientem
ad supremum æternitatis iter apparete ac hilare
ineundum , ipso suæ Purificationis die , veluti Si-
meonem , accinxit B. Virgo . Seruitum MARIAE ,
inquit Th. à Kempis , nec longum vide i debet , nec
onerosum . Delectabile est , tali Domin.e corde , & vo-
ce famulari .

331 P. Petrus Paulus Nauarrus in Iaponia to-
tas aliquando noctes dedit vernaculâ linguâ do-
nando P. Spinelli de B. Virgine libro , quem etiam
feliciter deduxit ad finem ; vt istic hac etiam arte
Deiparæ gloriam propagaret . Ad mortem , quæ
illi in fidei odium inferenda erat in igne , obeun-
dam latus ibat rosario MARIANO de collo penden-
te , ceu felici ad æternitatem viatico , instructus . Sim-
plex , at pius , & pro mortis horâ maxime opportu-
nus est ille veteris Ecclesiæ hymnus apud Idiotam
nuper editum .

*Omnis homo omnis hora
Ipsam ora : & implorat
Eius patrocinium .*

A N N O M D X C I I I .

332 Quidam , vt Annæ Austriae in Brü-
nensi Domo narrant , de suscipiendo sacræ vitæ
instituto (vnâ exceptâ Societate , à qua mirum
in modum abhorrebat) dum secum deliberabat ,
in grauem mœrorem incidit , qui illi causa ad-
amandæ Societatis fuit , quod videri potest in
annuis , & in Incitamentis num. 77. Nos be-
nè coleamus Deiparæ , si eius consilium secuti ,
opem à CHRISTO afflito petamus , cùm nos vide-
mus mœtore tentari . Hæc , S. Ildephonso teste ,
jure plusquam martyr Mater est , que nimio amore vulne-
rata